Idem transfundit ius suum Dobaniowski

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus Premisliensibus
Generosus Albertus Narayowski a iure et iudicibus ac iuribus suis quibusuis proprijs
recedendo huic vero praesenti castrensi Premisliensi iurisdictioni una cum successoribus bonisque
suis omnibus in toto quoad actum effectumque praesentis inscriptionis incorporando et subijciendo
mente et corpore sanus existens personaliter, recognouit ipse quia de omni iure
31. suo inscriptionisque terrestris Zidaczouiensis sibi per Generosum Petrum Brzesczianski super
summam Septingentorum et Quadraginta florenorum pecuniae in et super bonis
suis certis videlicet in villa Brzescziany actis terrestribus Zidaczouiensibus inscripto et
assecurato, prout latius praefata inscriptio terrestris Zidaczouiensis praemissa obloquitur
cum omni iure dominio et proprietate et cum omnibus conditionibus, punctis, clausulis
et articulis, necnon cum eadem inscriptione, [illegible] ac alijs omnibus
quibuscunque conditionibus in eadem inscriptione originali specificatis et descriptis, Generoso
Andreae Dobaniowski et eius successoribus cedit et condescendit perpetuo,
omneque ius suum quodcunque ipsum in bonis praefatis vigore inscriptionis praedictae
concernens, plenarie ac totaliter transfundit, incorporat et
spectat et concernit plenarie ac totaliter transfundit incorporat et
inuiscerat, nihil in eisdem bonis iuris dominij et proprietatis pro se et suis successoribus
perpetuis temporibus reseruando, dando et admittendo etiam ex nunc coram officio
praesenti [illegible] in bona praefata transfusa realem introm. et actualem possessionem
praesenti in bona praefata transfusa realem intromissionem et actualem possessionem
eamque possessionem per nuntium terrestrem quemcunque ex officio praesenti addendo
per ipsum Andream Dobaniowski et eius successores bona praefata trans-
fusa cum omni iure dicto prout suprascriptum est tenendi, habendi, possidendi
usuque suo et successorum suorum meliori et utiliori conuertendi, neque ad
exemptionem et summae praefatae persolutionem suscribitque se cum successoribus
super omnibus bonis suis idem Albertus Narayowski, inscriptionem praesentem
transfusoriam [illegible] ad acta terrestria Leopoliensia per terminis
vel sedibus terminis terrestribus Leopoliensibus seu compactatorum terrestrium Leopoliensium
possessionem transferre et transportare sub vadio similis Septingentorum
Quadraginta florenorum pecuniae pro quo quidem vadio bis se idem Albertus
Narayowski cum successoribus suis eidem Andreae Dobaniowski et eius successoribus
citare permiserit et successores permiserint. Et tunc recedendo a iure et iudicibus
ac iuribus suis quibusuis proprijs coram terrestri et castrensi Leopoliensi iudicijs
cui se actus praesentis respectu cum bonis et successoribus subijciat in termino citationis
termino tanquam in peremptorio stare parere et rendere ac pro praestat vadio a iudicio

non recedendo sub alio simili vadio satisfacere et successores tenebuntur. Quibus
quaecunque industria humana placantur, exceptionibus, contradictionibus, evasionibus
praescriptionibus, motionibus, appellationibus earumque per additiones [illegible]
actione maiori [illegible] nominis vel nativitatis, dignitatem [illegible] non petendo
extra [illegible] et [illegible] poena hoc in vadium non evadendo ac alijs omnibus quae
[illegible] de iure et consuetudine dari et concedi solitis terminum praefatum
primum et alios subsequentes non differendo, imo se cum successoribus suis omnibusque iuris re-
medijs abrenuntiando sub successorumque suorum sub amissione totius causae [illegible] solutionem
praefati vadij et vadiorum toties quoties opus fuit nulla in praemissis [illegible]
terrestri obstante super quod memile solutum est officio praesenti

Brzesczianski adscribit Dobaniowski

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus Premisliensibus Generosus
Joannes Brzesczianski filius Generosi Petri Brzesczianski recedendo a iure et
iudicibus ac iuribus suis quibusuis proprijs foroque competenti huic vero praesenti castrensi
Premisliensi iurisdictioni una cum successoribus bonisque suis omnibus quoad actum praesentem
incorporando et subijciendo mente et corpore sanus existens personaliter recognouit
quia ipse tanquam verus et legitimus haeres bonorum Brzescziany vigore iuris
[illegible] a praefato Petro Brzesczianski patre suo super bona praefata
32. habita, certo id sciens quod praefatus Petrus Brzesczianski pater eius certos
[illegible] certos medietatem tabernae medietatem molendini et medietatem theloneij
in summa Septingentorum et Quadraginta florenorum pecuniae Generoso Alberto
Narayowski genero suo inscripsit et obligauit, et tandem idem Albertus Na-
rayowski Nobili Andreae Dobaniowski hoc ius suum in Brzescziany
habitum transfundit. Attendens vero quod eadem bona summae praefatae
non [illegible]. Et tunc idem Joannes Brzesczianski ad eadem bona
per ipsum Narayowski eidem Dobaniowski transfusa [illegible]
[illegible] et [illegible] liberis necnon alteram medietatem molendini
et medietatem alteram tabernae et theloneij et agrum totum dictum Zaluzne
in eadem villa Brzescziany consistentem eidem Dobaniowski adscribit ad-
iungit annectit et associat per ipsum Andream Dobaniowski et eius successores
vigore iuris sui [illegible] et inscriptionis originalis bona praefata in eadem inscriptione
originali expressa et bona praefata praesenti inscriptione adscriptitia adscripta
in summa praefata Septingentorum florenorum pecuniae tenendi habendi possidendi
usuque suo et successorum suorum meliori et utiliori conuertendi, neque ad